

<b>810</b>	dd. nn. Leone et Iul. Maiori ano <sup>1</sup> pp. Aagg. <sup>2</sup>	Caecina Deci us Basilius p. p. <sup>3</sup> fecit.
------------	--	--

*Venetis, tabella aenea versiculis argento incrustatis, cuius generis tabellae a nonnullis habentur exagia solidorum, sed res est incerta (cf. Borghesi opp. 7 p. 291; de Rossi Mitth. d. röm. Inst. 1886 p. 125[6] (V 8119, vidit Mommsen). — 1) Leo imperavit Constantinopoli ab a. 457 ad a. 475, Maiorianus in Occidente ab a. 457 ad a. 461. — 2) Perpetuis Augustis. — 3) Praefectus praetorio Basilius fuit a. 458 (novell. Maiorian. 2. 6. 7). Idem consul fuit a. 465, idemque memoratur a Sidonio Apollinari ep. 4, 9.*

<b>811</b>	salvis dd. nn. Leone et Libio Severo <sup>1</sup> pp. Aug.	Celius Aconiu[s] Probianus <sup>2</sup> praec. praet. fecit.
------------	--	--

*Tabella eiusdem generis, Romae ut videtur in aedibus Barberinis (Maffei mus. Veron. p. 254, 6). — 1) Livius Severus regnavit a. 461—465. — 2) Videtur esse Probianus consul ord. a. 471; cf. etiam Bruzza Bull. com. 1878 p. 157.*

<b>812</b>	salvis dd. nn. Leone et Antemio <sup>1</sup>	Publi . . . <sup>2</sup> Rufini . . . Valeri . . .
------------	--	--

*Tabella eiusdem generis, olim in Hungaria in museo Wiczay (Mus. Wiczay vol. II add.). — 1) Anthemius regnavit ab a. 467 ad a. 472. — 2) Non integros esse hos versiculos, quamquam ut integri exhibentur, apparet.*

<b>813</b>	salvis dd. nn. et patrici o Ricimere <sup>1</sup>	Plotinus Eus tathius v. c. urb. pr. fecit.
------------	---	--

*Tabella aenea eiusdem generis, Neapoli venit Berolinum in nummophylacium (X 8072, 4; J. Friedländer Zeitschr. f. Numism. 9, 1882 p. 1). — 1) Ricimer decessit a. 472, paullo postquam Anthemio substituerat Glycerium.*

<b>814</b>	salvo d. n. Iulio Nepote <sup>1</sup> pp. Aug.	Audax v. c. <sup>2</sup> praefectus urb. fecit
------------	--	--

*Tabella eiusdem generis, Belgradi rep. (III 6555); similis olim extitit Romae (Doni 102, 156 ex schedis bibl. Vat.; Sirmondus ad Sidonii ep. 8, 7). — 1) Nepos regnavit a. 474. — 2) Ad hunc Audacem data est epistula Sidonii 8, 7. Castalius Innocens Audax qui in praefectura urbis posuit titulum VI 1665, num idem sit, incertum.*

<b>815</b>	b. f. s. <sup>1</sup>   dd. nn. Leonis et   Anthemi Augg. <sup>2</sup>
------------	--

*Tarracone, tabula marmorea (II 4109 descr. Huebner). — 1) Incertae significationis litterae; bonum factum, saluti, proposuit Huebner. — 2) A. 467—472.*

**816** d. n. Placidus Valentinianus pius felix Aug. dedicavit aedes sci. ac beatissimi martyris Laurentii.<sup>1</sup>